

in terminis datis delatae; per statutum, cum reservatione alimentorum, ante nuptias, quod tunc illa legitimae loco non succedit, notat Salyct. in l. Janeimus n. 5. Cod. de nupt. Decian. consil. 86, n. 9, lib. 5. Abb. consil. 92, n. 3, lib. 2. Card. Mant. de coniect. lib. 11, tit. 23, num. 37. Albert. Brun. in tract. quod stantibus masculis, art. 11, n. 29. Albert. de Rosat. in 2. part. stat. quest. 104, n. 17. contrarium firmantes in dote simpliciter reservata absque alimento, tum quia nec ipsam instituit in quota, + nec sub expresso jure legitimae, eandem dotem legavit, prout ex his alterum fore necessarium, ut dos licet institutionis sit. relecta succedit loco legitimae, notat Handed. consil. 53, n. 25, lib. 2. Cæphal. consil. 145, n. 23. Gabr. consil. 140, n. 8. & 9. Rota coram Greg. decis. 565. n. 9, & in Romana datis 9. Decembri 1643, coram R. P. D. Carillo, & in Romana hæreditatis de Fabius 19. Junii ejusdem anni, in §. secundus est coram R. P. D. meo Bichio.

Neque urget, quod Alexander Pater Dorothæa condito testamento decellerit, cuius idcirco voluntas elici non possit, ex dispositione + statuti Urbis, solum ab intestato procedentis, non autem condito testamento, ut notat Angel. in l. filiae dotem C. de collat. Soccin. sen. consil. 150, n. 32, lib. 1. Bald. in l. quicunque nu. 13, de servis fugit. Rota coram Caval. decis. 256, n. 7.

Contraria enim sententiam frequentiori DD. calculo vtero, ac magis communem 21 co voluntas elici non possit, ex dispositione + statuti Urbis, solum ab intestato procedentis, non autem condito testamento, ut notat Angel. in l. filiae dotem C. de collat. Soccin. sen. consil. 150, n. 32, lib. 1. Bald. in l. quicunque nu. 13, de servis fugit. Rota coram Caval. decis. 256, n. 7. Contraria enim sententiam frequentiori DD. calculo vtero, ac magis communem 22 + in terminis hujus stat. Urbis alesiter Maresc. var. lib. 2. cap. 81. n. 3. & amplexa fuit Rota coram Seraph. decis. 885, n. 1, & in Romana supplementa legitima 8. Maii 1593. & 8. Februarii 1595, coram Card. Arigonio inter impressas, post tract. Merlin. de legitima decis. 36, & 72, utrobique n. 1, & in Romana census de Mutis 24, Maii 1629, coram bon. mem. Coccino, & in adducta Tiburtina hæreditatis 13. Februarii 1634, coram Eminentiss. D. Card. Vero spio in §. neque obstat eis; Autoritate vero in contrarium superius adducta procedere possent, si juxta voluntatem patris petat admitti filia per statut. exclusa, secus vero dum contra ejus voluntatem ad ejusdem hæreditatem aspirat, ut notant Doctores in l. ultima Cod. de pacl. ibique Bart. numero 3, Jason. num. 20. Bald. in l. quicunque nu. 13, Cod. de servis fugit. Tiraquell. in l. si unquam, in verbo suscepit liberos n. 138, C. de revoc. donat. Rot. decis. 449, num. 2, part. 4, diu. & coram Gregor. decis. 358, n. 4.

Non obstat, quod in fideicommisso controverso, filii Nicolai fuerint eidem immediate substituti, quorum idcirco spes dum adhuc existit, 24 purificationem fideicommissi * favore Camillæ, deinde substituta excludit, ut respondit Rota in decisione 593, num. 1, part. 2. recent. quo proinde admitti non potest ad recuperanda alienata donec conditio filiorum Nicolai deficiat, ut firmitat eadem decis. 593. cod. n. 1.

Duplex enim fuerat à Testatore fideicommissum institutum, alterum in casum mortis, alterum vero per caput separatum, in casum alienationis; Unde licet ex primo fideicommisso admitti non possit Camilla, non purificata adhuc conditione defectus filiorum Nicolai, poterit tamen eadem conditione pendente, ex altero fideicommisso alienata revocare, * ut in terminis fideicommissi sub conditione, prohibitione alienationis concepi, quod extantes de tempore purificata conditionis admittantur, non exceptata cæterorum filiorum nativitate, probat text.

in l. intervenit, ff. de leg. præstan. Crot. in l. filius fam. §. Divi num. 164, ff. de leg. 1. Menoch. consil. 413, num. 33, & 1118, num. 13. Panciro. consil. 137, num. 14, versic. his tamen non obstant. Castr. consil. 16. nu. 5. lib. 2. & alii plures relati per Fusar. de subdit. quest. 318, n. 123. Rot. decis. 38, num. 1, part. 1, divers. Attenta præsumit voluntate fideicommittens, elicita ex pluribus conjecturis ponderatis ab informantibus, ac inde præcipue refultante, * quod ipso facto, ac 26 iure alienantem à sua voluit hereditate privatum, ut ponderavit Menoch. consil. 413, num. 33, §. 8, in specie nostri casus sequendo doctrinam, Castr. in consil. 16, nu. 5, lib. 2. Natt. consil. 675, nu. 1. cum seqq. Quæ sanè contraria voluntas testatoris deferendi, ipso Jure observantibus alienata non militabat in casu decisionis, superiorius, in contrarium deducta, ut patet num. 2. ponderantis vocationem in casu alienationis, verbis Testamenti, fuisse conformem, ex quo vocati fuerant in casum alienationis, ordine prædicto, antea in casum mortis expresso.

Et ita utraque parte informante decisum.

DECISIO XXXIV.

R. P. D. BICHIO.

Romana Census.

Lunæ 16. Decembri 1647.

SUMMARIUM.

- 1 Indemnitatis promissio includit relevationem ab omni domino.
- 2 Damna, & interesse tenetur solvere, qui promissionem facti non implet.
- 3 Solatio census trium annorum præcedentes probat solutiones. Quoties habet causam expressam, ad aliam non refertur, n. 5. Facta præsumitur pro partita, cui fuit contra posita, num. 8.
- 4 Dictio, prout, stat respectivè.
- 5 Debitor liberatur per tertium, creditori præmittentem, & n. 13.
- 6 Accollatio inter accollantem, & accollatarium habet vim solutionis.
- 7 Datio in solutum primævam obligationem extinguuit.
- 8 Censu extincto, fructus sine usura non percipiuntur.
- 9 Stipulatio Notarii irrevocabilis, etiam antequam pars acceptet.
- 10 Diversitas cause personarum, summae, & temporis demonstrat diversitatem debiti.
- 11 Error ab allegato concludenter probari debet.
- 12 Calculo se subscribens, illum impugnare nequit.
- 13 Actione, & passio in eodem subiecto dari non potest.

Teneri Corsios ad solutionem scut. 1000 cum fructibus census recursus, & non solutus usque ad annum 1623, ab inde vero citra juxta liquidationem faciendam Rota censuit; siquidem illi de anno 1606, in satisfactionem similis summae quam tunc ex causa sublocationis terrarum, ac silvarum existentium in Castro Cisternæ debebat Bernardino Maffeo, accollarunt se in pro rata scut. 1000. censum scut. 3000. ab eodem Bernardino debitum Julij Balleonæ eumque infra sex annos

annos extinguere ac Bernardinum indemnum penitus tam pro forte quam pro fructibus facere promiserunt; unde cum nusquam censum extinxerint, ejusque fructus solverint Balleonæ creditrici: imo utrumque ex propriis pecuniis adimplerit Maffeo, commissa fuit contra ipsos stipulatio pro dict. forte & fructibus à Maffeo solutus, quia promissio * indemnitatis includit relevationem ab omni domino, sive fructuum Bart. in l. quæro in princ. n. 1. ff. locat. Salyc. in l. 2, n. 3. Cod. sent. quæ sine cert. quant. Surd. consil. 150, n. 3. Rot. in terminis censu. 373, n. 2. p. 1, rec. 2. idemque relevatio venit ex natura promissionis facti, * cuius loco succedunt damna, & interesse, ut tradunt communiter Doctores in l. stipulationes non dividuntur ff. verb. oblig. Hond. consil. 39, n. 3, & 4, lib. 2. Surd. consil. 330, n. 5, & in his terminis Caval. decis. 210, n. 1, & 2. Buratt. decis. 913, n. 1. Rot. in Bononiam Nullitatis Concordia 13. Junii 1646, & 11. Martii anni currentis coram R. P. D. meo Cerro.

Quod vero Maffeo de proprio extinxerit censu, & fructus solverit, appareat ex publico instrumento anni 1623, ibi, volens prædictus Bernardinus de dictis scutis 3000, & fructibus recursis, & non solutis satisfacere &c. Sun. Corsi n. 3, nec non ex calcu datio in Sum. ibidem n. 5, in quo Corsi constituant se debitores Maffei in scutis 225, pro fructibus census trium annorum, usque ad ann. 1624, neque enim se debitores constituerint, nisi Maffeo solvisset de proprio; & hæc soluto fructuum trium annorum, * probat etiam de præterito fructus fuisse à Maffeo solutos, ad text. in l. quicunque Cod. apoc. publ. lib. 10. Alex. in l. qui aliena n. 17. ff. acq. hared. Aym. consil. 313, n. 3. Ceph. consil. 96, n. 20. Cancer. var. resol. tom. 1, c. 14, n. 71, & seqq.

Neque Corsi supradictæ eorum promissioni satisfactio dici possunt, ex quo de anno 1613. Maffeo dederint in solutum animalia bubalina pro pretio scut. 5920, quia dato hujusmodi non cessit in causam hujus census, sed aliarum partitarum tunc à Corsi debitarum, cum in verbis sit restricta ad credita Maffei descripta in libris existentibus penes Joan. Baptista de Bardis ejusdem Maffei institutum, ibi, quam summam &c. promisit ex computare, & facere bonam cum creditis quæ prædictis Illust. D. Bernardinus habet contra ipsos Alexandrum, & Paulum venditores per diversas occasiones, prout in libris penes ipsum Joan. Baptista existentes ad quos &c. ponderando dictio prout, + quæ stat restrictivè quando refertur aliquid quod sit de præterito ac de illo constet l. edita ibi prout editi perpetui monet authoritas C. eden. Alex. consil. 46, n. 9, lib. 1. Ruin. consil. 50, n. 6, lib. 2. Surd. consil. 330, n. 16. quoties enim solutio + habet causam expressam, ad aliam referri non potest l. 1, ff. solut. Roman. consil. 96, sub n. 2. Aym. consil. 158, n. 16. Decian. consil. 60, n. 20, lib. 2. Muta. decis. 42, n. 6.

Inter credita autem descripta in dict. libris nullatenus legitur partita scut. 1000. pro qua Corsi accollaverant, ut supra censum, de quo agitur; imo nec poterat describi, quia creditum hoc partes inter se habebant pro extinto longe ante mediante dict. accollatione census, ac si in pecunia numerata solutio facta fuisset, ut appareat ex parcella libri à Corsi producta in qua dicitur Corsi dict. crediti scut. 1000. solvisse de ann. 1606. ibi e più M. Marco, e M. Alessandro hanno pagato scudi 1000, per altri tanti si sono adossati un Censo di scudi 1000. in Roma come per gl' atti del Grillo Notaro Capitolino sotto lib. 23. Genaro 1606, Sum. Maffei num. 4. Nec obstat quod per dictam

Decisions ad Tract. de Alim.

accollationem Maffeus non fuerit liberatus à debito census erga Balleonam, ideoque illum ipse met redemerit de anno 1623, quia non dixi accollatione fuisse extinctum censum, vel Maffeu ab ejus obligatione erga Balleonam liberatum, sed quod accollatio extinxit creditum scut. 1000. pro quo Corsi censum in se assumperunt, adeo quod idem creditum sic semel extinctum, & in aliam causam transfusum non vigebat de tempore dationis in solutum bubalorum, sufficuit illud à partibus * habitum fuisse pro extinto; quamvis non omnia requisita delegationis intervenirent Aret. consil. 5, n. 1. Dec. consil. 107, n. 1. Afflict. decis. 353, n. 5. nam stant simul quod vigeat debitum accollatum respectu principalis creditoris, & nihilominus inter accollantem, & accollatarium * exspiraverit obligatio ob quam facta fuit accollatio cum haec quoad ipsos habeat vim solutionis Grat. discept. 326, n. 16. Mastrill. decis. 377, n. 7, add. ad Greg. XV. decision. 386. litt. A. Rot. inter impress. apud Cinc. de censibus, decision. 547, n. 2. decision. 559, n. 26.

Et clarus dationem in solutum non cessisse in causam hujus crediti convincitur; tum quia in calculo subscripto, & approbat à Corsi, pretium bubalorum contrapotitum * fuit aliis debitis Corsiorum in quorum propterea extinctionem referendum est, Greg. XV. decisio. 366, sub n. 3, & seqq. Caval. decision. 165, n. 2. Rot. inter recent. decis. 520, versic. quæ omnes p. 2. recent. tum etiam quia dato in solutum emanavit de anno 1613, ac in di. libris & calculo exinde composito ponuntur in debitum Corsiorum fructus census usque & per totum mensem Januarii anni 1614. quorū sanè Corsi alioquin debitores non fuissent, quia sicuti per dationem in solutum * extinta fuisset obligatio scut. 1000. in quorū computum censu accollaverant Bald. in l. fin. circa fin. Cod. ad l. falc. Pacif. de Salvian. inspec. 3. c. 2. n. 370. Cinc. de censib. q. 108, sub n. 13. Seraph. decis. 1333, n. 2, ita cessasset obligatio in futurū * cum absque labore usuræ amplius deberi non posset Rot. decis. 339, n. 1. decis. 540, n. 1. Inter impress. apud Cinc. de censib. decision. 651, n. 1. coram bon. me. Card. Caval. Atque hinc nil refert, quod in dict. calculo ponatur partita scut. 1857. & alia scut. 153, proveniens ex antecedentibus solidationibus, quia in dict. partitis includi eā scut. 1000. de qua agitur, probandum ex adverso esset, manifestè contrarium demonstratur ex quo eadem scut. 1000. fuerunt alias excomputata in dictibus recursis mediante instrumento accollationis census de anno 1606, & Corsi recognoverunt se debitos fructuum census etiam postea recursorum.

Accedit maxima inverisimilitudo, quod Corsi post accollationem censu voluerint illius sortem principalem solvere ipsi Maffeo, cum per talen solutionem non remansissent liberati ab obligatione, ad favorem Julie Balleonæ creditricis censu, contracta mediante stipulatione Notarii * in instrumento accollationis apposita, quæ irrevocabili erat etiam ante quam Balleona illam acceptaret, Cyriac. latissimè conr. 322, n. 8, & seqq. conrov. 425, n. 22, & seqq. Laderch. consil. 76, n. 1. Ruin. consil. 119. sub. num. 8, consil. 126. sub num. 10, consil. 172, n. 16, lib. 1. Ofasc. decis. 33, sub n. 12. Rota in Romana census 25. Junii 1640, §. tertio quod dicitur coram me.

Non obstat quod stante errore calculi exhibiti eo quod debitum Corsiorum ponitur partita scut. 153, quæ includitur in praecedenti scut. 1857, necnon alia partita scut. 1100, pro totidem quæ

f 2 Maffeus

Maffeus promisit solvere Fragotto Salsamentario, nec tamen soluta probantur. Corsii remanent creditores dictæ summæ scut. 1532, & alterius scut. 1100, quæ proinde veniant compendiae cum censu, & fructibus pro quibus agit Maffeus. Quia error duarum priorum partitarum excluditur, advertendo, quod licet utraque proveniat ex solidationibus antecedentibus, haec solidationes sunt omnino distinctæ, & continent debita penitus separata, cum altera facta fuerit cu Paullo, & Alexandro, sub die 30. Aug. 1613, partita verò scut. 1531, proveniat à solo Alexandre, & solidatione cum ipso solo facta post viginti octo dies, quæ diversitas * causæ, personarum, scripturarum ac temporis demonstrat diversitatem debitorum, ac summarum, l. quingenta in fin. ff. de probat. l. si is qui ducenta in princ. & ibi gloss. ff. reb. dub. Aym. consil. 282, n. 1, & 2. Surd. consil. 80, n. 10, & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 213, n. 11, & seqq. Rot. in Romania seu Camerinen. Pecunaria 6. Februarii 1626, coram bon. mem. Remboldo. Alia similiiter partita scut. 1100, quæ de mādato Castrorum Maffeus promisit solvere Fragotto ilorum creditori, debuit in eorum debitum, & respectivè creditum Maffei adscribi; quia talis pro missio * effeci Maffeum debitorem Fragotti summa à Corsis debite, Cinc. de censib. q. 73, n. 16, Greg. XV. decif. 386, n. 1, quæ ulterius præsumitur a Maffeo soluta, dum tanto tempore nusquam Fragottus Corsios molestavit, Corsii ex eadem causa se debitores Maffei in dict. calculo agnoverunt; ita ut hodie negare non possint solutionem quam agnoscendo debitum semel fassi fuerunt, * nisi ipsi probent hanc negativam in qua fundatur error ab allegante plenè, & concludente probandus, Buratt. decif. 419, n. 1, decif. 592, n. 1. Rota inter recent. decif. 128, n. 13, p. 7.

Quæ tandem opponuntur contra fidem librorum, & partitarum calculi potuerant omitti, quia cum Corsii subscriperint calculo * ex libris extracto, illos amplius impugnare non possunt, l. si ita stipulatus 126, §. Chrysogonus, ff. verb. oblig. Caputaq. decif. 363, n. 7, p. 2. Rota in recent. decif. 186, n. 1, decif. 302, n. 6, p. 5.

Quo verò ad fructus post annum 1623. Domini censuerunt illos nō deberi ad rationem census; quia census de dicto tempore fuit à Maffeo redemptus mediante solutione Balleonæ creditrici facta, quæ peperit extinctionem census, quavis in instrumento desuper celebrato Maffeus reportaverit cessionem jurium translative; quia talis cesso fuit reportata ad certos effectus ibidem expressos; Cumque ipse Maffeus esset impositor, ac principalis debitor census, illa operari non potest translationem jurium, sed habet vim extinctionis, * ne in eodem subiecto detur actio & passio, Bart. in l. Modestinus sub n. 4, versic. aut solvens, ff. solut. Peregr. de fidei. a. 52, n. 34. Add. ad Greg. XV. decif. 75, n. 3, in fin. Rot. divers. decif. 123, num. 8, p. 2. decif. 426, sub n. 3, p. 2. recent. decif. 547, n. 4, apud Cenc. de censib. & in Romania census 1. Julii 1641, coram me.

At quoniā Maffeus, ut solveret censuario, vendidit Casale nuncupatum Arcionis, & sic ammisit fructus quos ex Casali percipisset, eodem conseque debet à Corsis, quibus extinguendi censum onus incumbebat, & à quibus indemnitas sibi promissa fuit: erit autem dictorum fructuum facienda liquidatio, quia hactenus non constituit quod ex Casali perciperentur.

Et ita decifum utraque parte informante.

DECISIO XXXV.

R. P. D. PEUTINGERIO.

Signina Juris patronatus.

Mercurii 11. Martii 1648.

SUMMARIUM.

- 1 Manutentio existenti in quasi possessione presentandi conceditur.
- 2 Præsentationes effectum sortitas fuisse, qualiter probetur. Ex quibus probentur, n. 3. Ut probentur, instrumenta requiruntur, num. 4. Declara ut num. 5. Fieri possunt per litteras, num. 7. A Domino factæ præsumuntur, num. 9.
- 3 Consuetudinem ad probandam, duo actus cum quadragenaria sufficiunt.
- 4 Enunciatiæ præsumuntur eadem, ubi non constat de titulo diverso.
- 5 Negativa est probanda ab allegante.
- 6 Vassalli probant pro Domino.
- 7 Testes examinati sine interrogatoriis probant.

Excellentissimum D. Principem Burghesium manutendum* esse Domini hodie dixerunt in quasi possessione præsentandi ad Rectoratum S. Stephani oppidi Montis Fortini, quia ultra ejus possessionem, titulum, ac immemorabilem, una cum præsentationibus continuatæ, & effectum sortitis per annos 50. ex authenticis scripturis producatis ostendit, ut voluit Gonzal. super reg. 8, gloss. 18, num. 23. Rota coram Greg. XV. decif. 222, num. 2, & apud Modern. Pisan. de Jure patr. decif. 10, num. 5. Quas præsentationes saltant per 50. annos, incipiendo ab anno 1594 effectum suum sortitas fuisse,* demonstratur, eo ipso, quod hoc beneficium de illo tempore citra semper vocaverit per obitum præsenterum, juxta celebre consil. Oldrad. 229. à Rota receptum, etiam in terminis consilii, ut in decif. 545, n. 2, p. 1. divers. & decif. 481, n. 1, ad medium p. 1. recent. & coram Card. Seraphino decif. 1141, n. 2, versic. & istæ præsentationes, & in Mediolanen. Prioratus 14. Martii 1646, coram R. P. D. meo Corrado §. præsentationes ergo decif. 87. n. 5, p. 7, & decision. 224, n. 7, & 8, part. 1, recent.

Præsentationes vero hujusmodi probantur per authenticas scripturas, litteras, vel patentes cum sigillo, * & subscriptione DD. dicti oppidi, quæ dicuntur scripturæ authenticæ, ut per Parlador. rer. quotidian. cap. fin. p. 1, §. 11, nu. 10. & 11, quem sequitur Theodorus Hoepingi, in tract. de Jur. sigill. cap. 4, §. 1, n. 24. Eò magis, quia extræ sunt ex originalibus conservatis in Cancelleria Episcopali Signina, unde etiam ratione loci earum fides augetur, Dec. in cap. 1, n. 13, de fid. Instrum. Nicolaus Everardus in tract. de fid. Instr. cap. 2, n. 2. Scacc. de Jud. lib. 2. cap. 11. n. 755. usque ad 758. Franc. Marcus decision. 438, nu. 1, 2, 3, p. 1. Joseph. Ludovic. decif. Peruf. 115, n. 19, & 20. Quæ patentes litteræ ulterius adminiculantr, tam ex enunciatiis Ordinariorum in actibus institutionum, quam ex modo earumdem institutionum, atque etiam ex Testibus de eisdem dependentibus, administrula verò tribuere fidem scripturæ etiam informi minus sufficiente tradit, Socin. sen. consil. 33, n. 5, lib. 1. Simon de Praet. consil. 106, n. 30. Genua de script. privat. q. 4, n. 27, & seq. Non obstat, quod haec præsentationes factæ non fuerint

Ad Materiam de Alim. Decis. XXXV.

65

fuerint per Instrumenta de ipsis præsentationibus coram Notario, + & Testibus rogata, & per documenta publica probari necesse esse, fuerit dictum decif. 197. n. 64, p. 5. recent. Neque sufficere litteras patentes, nisi probata consuetudine, sed publica Instrumenta præsentationum sub rogatu Notarii, & Testium præsentia requiri, tradit Lother. de re benef. lib. 2, q. 38, n. 36, & duobus seqq. sequendo dec. Bellamer. 311. Unde Ca telam tradit Vivian. de Jur. patr. lib. 11. cap. 7. n. 23, quod de præsentatione coram Notario, & Testibus Instrumentum conficiatur.

Quia advertendum est, Conc. Trid. in verbis non exigere Instrumenta publica à Notario confecta, sed tantum scripturas authenticas, ibi authenticis scripturis probentur. + Et in hunc sensum decrevit Rota, ut præsentationes authenticis scripturis probentur decif. 580, ante n. 1, p. 4. divers. Attamen magna est inter publicas scripturas, & authenticas differentia, quia omnis scriptura publica est authenticæ, sed non è converto, & quæcumque scriptura ex seipsa, vel ratione loci fidem faciens, licet non sit Instrumentum publicum, dicitur authenticæ cap. 2, de fid. Instrum. & ibi not. Abbaf. n. 1, & 2. Felin. n. 2. Dec. in c. 1. n. 10, & 11. Scaccia de Jud. lib. 2. c. 11, n. 1170, unde Rot. in dicta decif. 190, sub n. 64, part. 5, recent. requirendo documenta publica, non est de Instrumentis publicis, sed de scripturis autenticis à Concilio litteraliter requisit intelligenda, que ideo ad hunc effectum vim publici documenti habent, & Lother. intelligentius est juxta terminos decif. Bellamer. quam sequitur de literis patētibus, nec sigillo nec subscriptione munitis, ultra quod in casu præsenti intrat limitatio ejusdem Lotherii, quando adeat confutudo faciendi præsentationes per litteras patentes, dum quatuor præsentationes factæ fuerint de hoc beneficio per spatium 50, & amplius annorum, cum tamen ad consuetudinem inducendam, + duo dumtaxat actus, cum lapsu 40, annorum sufficerent, Jaf. in l. de quibus n. 95, ff. de leg. Paris. consil. 25, n. 27, lib. 4, Rota decif. 72, n. 27, p. 2, divers. & decif. 355, n. 2, p. 1, rec. Et Vivian. cautela, etiam si omisla, actum non viciat, cum nullus ex adverso allegatus contrarium dicat.

Neque fides harum litterarum patentium tollitur, ex quo in locis à Curia Episcopali Signina distantibus, sint confectæ. Quia licet alibi scriptæ, & per præsentandum, retinæ fuerint, + antequam Ordinario pro Institutione obtinenda exhiberentur, sufficit, præsentatum illas deinde ad dictum effectum Ordinario exhibuisse, tunc enim vim præsentationis habent, ut fuit dictum in Aquilana Juris patronatus 24, Januarii 1646, coram R.P.D. meo Corrado §. nam pro declaratione & tradit Lother. de re benef. lib. 2, q. 6, n. 35, & n. 38. præsentationemque fieri posse etiam per litteras probat text. in cap. ea no/ situr de his, quæ sunt à Prelat. & latè Lap. alleg. 75, n. 4, & sequitur Per reg. consil. 94, n. 8, in fine lib. 4. Abb. consil. 76, n. 2, lib. 2. Lamberti. de Jure patr. lib. 2, p. 1, q. 4, art. 16, n. 8, ac per totum Genua de script. priv. lib. 3, q. 26.

Nec præsentationes destruit, quod ii, qui præsenterunt, se Dominos dicti Oppidi in omnibus patētibus non enunciaverint. + Quia dum aliquæ similem enunciatiavm continent ex istis, alia patenter eodem jure, ac titulo factæ declarantur, dum de alio titulo non docentur factæ, Rota decif. 686. n. 17, p. 4, tom. 3, & decif. 184, n. 26, p. 6, recent. Quod comprobant Institutiones continuatæ factæ

Decisions ad Tract. de Alim.

per Episcopos tanquam de præsentatis à DD. opidi, & deponunt hoc expreſſe testes, super 8. Et ius patronatus præsumitur de pertinentiis Caſtri, + quando præsentationes continuaunt, ut hic, factæ fuerint semper ab iis, qui erant pro tempore DD. Caſtri, ut dixit Rota decif. 314, n. 3, vers. & quod ut in alia p. 4, rec. & in Pientina Juris patronatus 28. Junii 1641, b. me. Pirouano.

Non obstat, quod Institutiones factæ præs entdantur non prævio edicto, quia præter quod negativa + probanda estab allegate pro fundamento nullitatis, Corn. consil. 89, n. 11, lib. 3. Cephal. consil. 47, n. 4, & alii ex quibus sic resolvit Rota in Parmen. Benefici 3. Decembri 1635. coram Emineniss. Card. Verospio non inde infrigerentur præsentationes, nec minus quasi possesso præsentandi, ad quam sufficit, præsentationes fuisse admissas, & præsentatum cum effectu institutum, sive bene, sive male, ut post alios Garz. de benef. p. 5, c. 5, n. 104. Rot. coram Urgell. decif. 74, n. 28, & per Vivian. de jure patr. lib. 12, c. 4, n. 4.

Immemorabilis denique plenè probatur ex pluribus Testibus pro parte D. Principis examinatis in Rota, qui bene probant, licet sint de oppido Montis Fortini, + & sic Vassalli dicti D. Principis, ut in propriis terminis firmatur in decif. 250, n. 3, p. 4, rec. Farinac. de testib. q. 55, n. 263. Et etiam si fuerint examinati sine interrogatoriis Promotoris Fiscales Mensæ Episcopalis Signinae, * quia citatus ea non dedit, Decian. consil. 51, nu. 121, in fin. lib. 2. Farin. de Testib. q. 73, n. 7, & 73, & plurimi relati ab Adden. ad Buratt. decif. 100, n. 28, & 29. Quam probationē non infringit licentia reconducendi testes sumptibus petentis obtenta, quia sibi Promotor Fiscales imputare debet, si tanto tempore, ut poterat, reconduci testes non curavit, testibusque expensas pro accessu ad Urbem, ut debebat, non subministravit, Rota decif. 294, sub n. 11, vers. & non placuerunt, inter impress. post 2, vol. conf. Farinac.

Quare cum requisita à Concilio Tridentino D. Princeps pro dicto patronatu probaverit, Domini in quasi possessione præsentandi ad hoc beneficium manutendum esse resolverunt, utraque parte Informante, &c.

DECISIO XXXVI.

R. P. D. CERRADO.

Romana fideicommissi de Cosciaris.

Lunæ 16. Martii 1647.

SUMMARIUM.

1 Filia tantum censemur comprehensa, quando testator ad eas se restrinxit, & n. 2, & 3.

4 Alternativa arguit similitudinem qualitatæ utriusque subjecti.

5 Filiarum appellatione nepotes non veniunt, quando facta mentione proprii nominis, relativè disponitur, & n. 6.

7 Ultimi in persona fideicommissum expirat.

8 Substitutione ex perpetua masculorum descendenti non interficit ad similem femininarum simpliciter vocatarum.

9 Renunciatio realis facta per Moniale excludit ipsum, & Monasterium. Non comprehendit fideicommissum, non facta renunciatio, l. de his, ff. de transact. num. 10. Declara ut num. 13. Facta per ingredientem Religionem sustinetur facilius, quæ facta in seculo, num. 14. Se habet ad infar donationis

f. 3 donationis